

conuerti uoluerunt ab omni
rectate sua. Habent cer-
uicem & cetera in meliora
te praesentant. ut nihil
suis meritis tribuat
uae depurantes. de his in-
immediatis uitae constantia
nullis quod de talibus aut
im se de uirtute inuit
ostendit in se omni nihil
mundo est in se scit
multo necessarium si quis
eq. quidam quod nomini
tunt. Illi autem neglegere
unt alius in uilla sua.
in omne sua; Amiserunt

tantum ad sustentationem huius pre-
sentis presentem uitaem: quod est mundi
delectatione spiritus animalis. parat a christo;
Vnde dicitur; Ne illi in caelestibus & abierunt
aliis in uilla sua aliis ad iniquitatem
nem suam; In uilla ite est in terrene
immoderate incurrere. In negotia-
tione uero ite est ad honorem uero ite
latum lucrifacere. Quia enim
aliis in tentus labor terrene. aliis
uero mundi huius ad honorem delectus
mysterium incarnationis dominicae
pensare & scilicet illi uiuere dissimu-
lat quasi in uilla uel negotium p-
gens uenire ad regem in praesentia seculi
I. In plerumque quod est quod in similibus
uocantur in inuicem. primum

Continetur hoc Volumine
JURCANI LIDDELI SCOTI
Disputationes,

Theses Logicae
Propositiones Astronomicae de diebus et Annorum differentijs
De facultate Vegetante.
De Philosophia ejusq. Instrumentis.
In II. Meteororum de Misi generatōe . . . Diss. I.
In III. Meteororum de Concoctione . . . Diss. II.
Diss. Pathologicarum, I. de Morbis.

II de Caus Morbor in græ.
V.
VI.
II X.

Diss. posterior de Praesagijs
de Peste diss. prior.
De Natura et Facultatib. medicamentorum.
De Compositione et Preparatōe medicamentorum.
De Arthritide.
De ratione Purgandi.
De Phlebotomia, Hirudinib., Scarificatione
De Febris Natura diss. I.
De Febris II.
De Febris III.

DISPUTATIONVM
 Medicinalium Catholicarum XIII.
DE MODO GE-
NERATIONIS MORBORVM
 IN COMPOSITIONE ET IN SO-
 lutione continui ex causis
 eorum.

Quæ in Academia IVLIA *συνὸ θεῶν* ha-
 bebatur 16. Maij.

Preside
IACOBO HORSTIO ARTIVM
 & Medicinæ Doctore Illustrissimorum Ducum Bruno-
 uicensium & Lunæburgensium medico ac
 professore ibidem.

Respondente
IOHANNE TELAMONIO SAXIPONTANO.



HELMSTADII Typis Iacobj Lucij. An. 1590.

Uno Joachimo Hansen



Reuerendo viro,
VIRTUTE ET DOCTRINA VARIA PRAE-
stantissimo Dn. M. MICHAELI NEANDRO, praesidi
Collegij Ilfeldensis inclyti dignissimo, Dn. & pra-
ceptori suo colendo.

Reuerende & doctissime vir, praceptor plurimum
colende, ego quidem diu cogitavi mecum qua ratione
meam in tuam R. gratitudinem testatam relinque-
rem. Nam saepe multumq; recordatione tot tantorūq;
beneficiorum, quib. R. Tua me affecit, fruor, & quo-
modo gratiam referam non inuenio. Te n. promotore, alumnus tum
mense tum schola Ilfeldiana celeberrima factus sum, ibidemq; lin-
guas didici, atq; artium fundamenta ieci. Recte verò dici solet: Pa-
rentib. & praceptorib. parem gratiam referri non posse. Quare,
vir reuerende & clarissime, cum non tantum alimenta corporis,
sed etiam institutionem praeclaram gratis mihi cōmunicāris, meq;
ad altiora adspirantē bona commendatione apud doctissimum vi-
rum Dn. Iacobum Horstium, medicinae doctore promoueris, & re-
uera tam parentem quā praceptorem te mihi praestiteris, gratus
agnosco, & gratitudinē animi mei, hac medicae disputationis dedi-
catione, quam praeside iam nominato doctore Horstio praceptore no-
stro, & viro tibi multisq; doctis coniunctissimo defendendā suscepti,
cum hoc tempore aliter non liceat, publicè testatam facio. Ea sanè
de reb. magni momenti in medicina instituitur: Dissertit n. non tā-
tum de causis morborum, sed etiam de modo generationis ex eorun-
dem causis. Scio etiam te inuestigatione causarum . . . aiusq; rei mul-
tū delectari, & non dubito quin collegio nostro medico, quod fre-
quens nunc est, ex animo gratuleris, Deus opt. Max. R. tuam & ad
gloriam nominis sui, & salutem multorum diu saluam atq; incolu-
mem conseruet Vale. Ex Academia LVLIA inclyta quae est
Helmstädy prid. id. Maij Anno 90.

V. R. Observantiss.

Iohannes Telemann Sax.

THESES.

DE MODO GENERATIONIS
MORBORVM ET IN COMPOSITIO-
ne & in solutione con-
tinui.

Thesis I.



- Modus generationis morborum ex causis eorū
cognosci non potest nisi prius causæ consent.
2. Causæ igitur morborum in compositio-
ne, aliæ sunt in conformatione, aliæ in magni-
tudine, aliæ in numero, aliæ in constrictione.
3. Causæ morborum in conformatione, aliæ sunt in fi-
gura, aliæ in cavitare vel meatibus læsis, aliæ in superficie
nimia asperitate vel lauitate.
4. Causæ morborum in figura sunt, propter quas figura
naturalis ita permutatur, vt operatio organi vel impediatur
vel prorsus tollatur.
5. Ex hisce causis est: 1. Formatio conceptus in ipso vte-
ro matris ita viciata. 2. Inuersio infantis in partu facta incau-
tius. 3. Immodica repletio vel alimenti defectus. 4. Motus
infantum siue in stando siue in ambulando perperam facti.
5. Arctæ constrictiones pectoris in virginibus. 6. Spinæ
dorsi ad latus deductio. 7. Vulnerum & ossium fractorum
mala curatio. 8. Excrescentia magna. 9. Collisio partium
corporis. 10. Morbi alij immutantes figuram naturalem.
6. Primū modus naturalis figuræ permutatæ in forma-
tione conceptus in vtero matris fit ob materiæ, ex qua na-
scitur homo, tum quantitatem, tum qualitatem minimè
aptam, vel ob motus matris intempestiuos incommodio-
resq; , dum formatrix facultas non satis liberè, sed potius
- A 2 cum

cum compressione angustiauè agit, & instrumentariarum partium figuram prauè aut inæqualiter conformat.

7. Secundò etiam figura naturalis facile inuertitur dum mollia ac penè fluxibilia corpora nostra, vel in partu non rectè ab obstetricibus excipiuntur, vel edita in lucem non còmode fascijs inuoluuntur, vel à matre aut nutricibus nõ rectè inter lactandũ lauandumq; attolluntur atq; reponũtur.

8. Tertiò immodica repletio aut alimenti defectus figuram, modo totius corporis, modo partis eius immutat, dum nimia facietas & inedia naturales actiones impediunt, indeque figura inconueniens accedit.

9. Quartò motus infantum in stando siue ambulando perperam facti idem efficiunt, dum antè tempus aut stare aut ingredi permittuntur, aut alijs vehementioribus motibus exponuntur.

10. Inordinati n. isti motus artus adhuc teneros & labefactant & modo ad hanc modo ad illam partem, in quam minime conueniebat, circumagunt: vt si tibias magis in exteriora conuertunt, blæfos si in interiora rhoebos efficiant.

11. Quintò arctæ & inconuenientes stricturæ virginum in pectore prauam figuram efficiunt, dum non æquè omnes scapularum & thoracis partes extenduntur, & aut pronæ magis in partem anteriorem aut gibbæ ad posteriores declinant.

12. Sextò Spinæ dorfi ad latus deductio, siue ab influxu humorum copiosorum, siue ab errore imperitiæq; nutricum facta fuerit, tum scapulas tum pectus obliq; procedente ætate efformat, nisi spina dorfi eiusq; vertebræ mole sua grauantur cito liberentur & ad æqualitatem manuum tractatione iterum redigantur, eo quod modo scapulas, modo dorfi reliquum inæqualiter ad figuram viciosam trahit.

13. Septimò vulnerum & ossium fractorum mala curatio facile

facile figuram prauam noxiamq; accersit, dum vel Chirurgi male artus colligant efformantq; , vel ipsi ægri antequam callus satis inualuerit membrum plus iusto exercent, vel cicatrices multò duriores ad se inæqualiter partes attrahunt.

14. Octauò excrementa magna carnis alicuius, vel in cicatrice, vel etiam sine vulnere in corporis partibus occasionem figuræ deprauandæ præbent, dum vel nimium, vel inæqualiter excrescit.

15. Nonò collisio quoque narium & aliarum partium naturalem ac decentem figuram perdunt dum circum circa franguntur & æqualiter consolidari nequeunt.

16. Decimò morbi multi figuram naturalem corporis totius aut partis alicuius immutant, sed alij per se vt Elephas dum labia crassa atque aures acuminatas & nasum simum: & tabes dum nares acutas collapsa tempora, oculos concauos & circa scapulas alas efficiunt: alij morbi per accidens vt phlegmone, Scyrhus, cicatrix dura, dum tensione partem in diuersum inclinant.

17. Causæ morborum in cauitate vel meatu læso, aliæ sunt eorum in quibus vasa vel meatus præter modum laxantur, aliæ eorum in quibus obstruuntur.

18. Causæ morborum in cauitatibus & meatibus nimium laxatis sunt: 1. Expultricis facultatis motus immodicus. 2. retentricis imbecillitas. 3. Medicamentum aperitiuum. 4. Membrorum mollicies. 5. Ambientis aeris austrina constitutio.

19. Ac singula horum certum modum, quo malam conformationem producant, habent.

20. Primum expultricis motus immodicus nimium laxat dum natura totis viribus ad excretionem insurgit & tum vasa tum meatus laxat.

21. Deinde imbecillitas retentricis fit occasio laxandi &

patefaciendi ora, cum non potest retinere quæ debeat, & vel ventriculus à vomitu, vel vterus ab ortu vel organa aliter laxantur.

22. Tertiò medicamenta aperitiua habent vim aperiendi ora & illa recludendi, itaq; meatus rarefaciunt & aperiunt.

23. Quartò membrorum mollicies à nimia humiditate prouenit & causa est laxandi & patefaciendi cavitates & meatus, dum numodica instrumentorum mollicies parum retinet & facile ora aperit.

24. Quintò nihil est quod magis abortus faciat, ora aperiat atq; austrina aeris constitutio ideo quod calida & humida sit, omnia laxet mollia reddat, ideoq; etiam meatus patefaciat & caua vasa aperiat.

25. Causæ morborum in meatibus obstructis sunt 1. lenti & viscosi humores. 2. Callus aliquis vel grumus. 3. Coalitus. 4. Caro adnata vel similes tumores & abscessus. 5. compressio ab extrinseco incidenti & conprimenti. 6. Subsidentia in sese. 7. figura aliquo læsa.

26. Modus autem quo obstruunt fit primo dum lentus & viscosus humor, tum sua plenitudine siue ad vasa siue etiam ad vires sit: tum etiam sua crassitie licet adeò multus nõ fuerit cavitates & meatus obstruit.

27. Deinde etiam ob callos & grumos vasorum & meatuum obstructionem prouenire manifestũ est, dum hi meatus occludunt & occæcant.

28. Tertiò coalitus angustiam meatuum efficit dum interior cavitatis superficies exulcerata sit, ac deinceps exulceratæ particule coalescant.

29. Quartò obstruunt etiam manifestò vel caro adnata vel aliquod germen præter naturam vel abscessus vel tumor præter naturam dum interiorem occupant cavitatem & angustiam pariunt.

Quinto

30. Quintò compressio est causa obstructionis si aliquid extrinsecus incidat ac vehementius comprimatur, ita ut circumiacentia corpora ad interiorem cavitatem detrudi necesse sit.

31. Sextò subsidentia instrumentorum est causa obstructionis dum corpora in se ipsa subsideant veluti cum aut ab adstringentibus coguntur, aut à frigidis densantur, aut ab arefacientibus marcescunt. Nam & ab hisce ora non tantum concidunt & clauduntur, sed etiam omnino occæcari facile possunt.

32. Figura oblæsa sæpius meatum aliquem simul offendit & in naso si ex ictu violento fuerit resimatus comprimitur meatus & interius, ut vel nullo modo vel ægre per ipsum respirare liceat. Obstructio meatus est morbus finitas nasi est causa antecedens eius, & in alijs morbis figuræ aliæ sunt.

33. Causæ morborum in superficie asperitate vel læuitate aliæ sunt in membris, quæ cum prius aspera essent læuigantur vel contra, quæ prius læuia erant exasperantur.

34. Causæ asperitatis viciosæ sunt. 1. acres humores, 2. medicamentorum acritudo. 3. vapores acres, 4. puluis 5. fumus 6. eorum quæ eduntur & bibuntur qualitas. 7. venena erosiua.

35. Atq; singula fiunt hoc modo.

36. Primùm exasperantur quod prius erant læuia ab acris humoribus, dum vel falsa pituita, vel acris melancholia, vel bilis citrina & æruginosa similisq; vel etiam falsus sanguis carnem & sæpe ipsa etiam ossa erodat.

37. Deinde acritudo medicamentorum siue purgantium siue aliorum detergentium, modò intestina modò carnem & ossa aspera non sine magno dolore & noxa reddit, dum vel qualitate sua acri erodant, vel tenerum ac facile alterabile subiectum nacta fuerint.

38. Tertiò vapores acres, vt allij, raphani & similes exasperant tum oculos tum etiam guttur & palatum, dum sua acrimonia mordeant & læuia aspera reddant.

39. Quarto puluis terræ etsi non omnia tamen oculos modo omnibus cognito exasperat.

40. Quinto fumus ignis cum alia quædam mollia teneraq; membra corporis ut os & fauces: ita maximè oculos penetrando & diuellendo lædit.

41. Sexto multa sunt edulia & poculenta quibus inest qualitas acris & nidorosa, hæc dum materiam inutilem vel in stomacho, vel in ventriculo, vel in intestinis reliquit, asperitates in ijs membris gignantur.

42. Septimo venena ex genere erosiuorum animum maximè exasperant, dum & substantia sua tota à natura corporis nostri aliena sunt & acrimonia insigni mordent vt in arsenico, orichalco de campanis abrafo & similibus epotis nobis videre contingit.

43. Causæ leuitatis & lubricitatis nimix in membris laxatis sunt: 1. humor pinguis & lentus 2. lotio ex balneis dulcis aquæ crebrioribus. 3. humectatio ab austrinis ventis. 4. læuium molliumq; crebrior contactus eæque hoc modo.

44. Primum humor pinguis & lentus nimium læuigat & causa morborum huius generis existit dum membra ea quæ aspera quodammodo esse debebant læuigantur & ista pingui humiditate vel lento humore sæpè multumq; illinuntur.

45. Deinde lotio ex balneo dulcis aquæ crebrior ita emollit ut in mulieribus plus iusto humidioribus facile abortum accersat.

46. Tertiò austrini venti in multis hominibus articulorum ligamenta plus iusto læuigant, vnde motus deambulandi impeditur, in mulieribus prægnantibus etiam non raro abortus causa fit.

Quarto

47. Quartò læuium molliorumq; crebrior contactus læuigando ea quæ antea subaspera fuerant morbosam naturam membrorum inducit & omnem retinendi imo etiam concipiendi vim tollit.

48. Causæ morborum in magnitudine aliæ sunt morborum auctæ magnitudinis, aliæ morborum diminutæ.

49. Causæ morborum magnitudinis auctæ aliæ sunt in ijs quæ formam obtinent secundum naturam, aliæ in ijs quæ præter naturam sunt.

50. Causæ magnitudinis auctæ in illis sunt duæ: 1. optimæ & utilis materiæ humorum multitudo 2. virtutis naturalis in homine robur.

51. Nam dum naturales vires corporis vigent & virt^o valida nacta fuerit materiam sanguinis, vel aliorum humorum copiosam, totum corpus vel multò procerius secundum naturam gignit, vel etiam indecentem noxiamq; magnitudinem efficit.

52. Sic in membro aliquo tantum potest esse robur naturalium facultatum, vt plus alimenti, quam oporteat, attrahat, retineat, concoquat & sibi assimilet, vnde indecens illi magnitudo, reliquis tabes oriatur.

53. Causæ magnitudinis auctæ in superadditis præter naturam, vt in œdemate & alijs sunt, quoq; totidem 1. materiæ qualitas præter naturam 2. virtutis expultricis robur.

54. Modus autem fit, dum corpus multos inutiles humores collegerit & vires expultrices tam validæ sunt vt deponere in aliam partem superuacaneum queant.

55. Causæ morborum magnitudinis diminutæ sunt. 1. materiæ utilis defectus. 2. imbecillitas naturalis virtutis. 3. sectio aliqua. 4. vstio. 5. putrefactio. 6. immodica refrigeratio 7. mutilatio alicus partis.

56. Modus per quem gignitur ex defectu materiæ & imbecilli-

imbecillitate potentia magnitudo diminuta, ante dicto plane contrarius existit.

57. Sectionis & exustionis exempla quotidie ob oculos versantur, sed quomodo iustae magnitudini cum laesione actionum non parum detrahant facile patet.

58. Putrefactio fit dum vel transpiratio per constipationem prohibetur, vel medicamenta putrefaciunt, vel excrementa in nostro corpore genita occasionem praebent, & dum per eam aliquid corpori, vel membro decedit, magnitudo iusta diminuitur, atque talis morbus gignitur.

59. Refrigeratio nimia suffocat & plane extinguit calorem nativum, inde si parti nimium refrigeratae aliquid intereat, morbus magnitudinis diminutae oritur.

60. Postremo ratio mutilationis partium ab extra accedens, quae quomodo iustam magnitudinem cui diminuat cuius facile constat.

61. Causae morborum in numero aliae sunt morborum in abundantia: aliae morborum in defectu earum.

62. Causae morborum in numero abundantium & deficientium partium eadem sunt, quae morborum in magnitudine & fiunt eodem modo, nisi quod hic partes integrae vel accrescant, vel deficient, illic partibus aliquid tantum accedat vel decedat.

63. Causae morborum constructionis, aliae sunt morborum in posito, aliae morborum in non naturali cum vicinis copulatione.

64. Causae morborum in posito sunt. 1. motus subitarius & vehementes. 2. humores copiosiores. 3. figura oblata. 4. externa iniuria, vel ruptiones vel incisiones, vel fracturae.

65. Motus vehementes & repentini facile hanc vel illam luxationem, aliaque similia causant.

66. Humor copiosior oblenticiam membra corporis
impri-

imprimisq; articulos ossium lubrica reddit, dum ligamenta madefacit atq; laxat.

67. Figura oblata vel in prima formatione foetus vel post in fracturis superciliarum, seu labiorum, cavitatis articulo- rum curandis, dum nimis supina ac superficialia, parumq; profunda fuerit, causa est exarticulationis.

68. Externe iniuriae & aliae constant & alibi explicandae veniunt.

69. Causa morborum in non naturali cum vicinis copu- latione sunt. 1. coalitus imbecillior. 2. ligamenti laxatio. 3. eorundem intensio aut etiam ruptio.

70. Atq; haec fiunt cum communicatio ad vicinas par- tes per huiusmodi varijs occasionibus deprauatur.

71. Causae morborum solutionis continui, sunt duplices, aliae quae extrinsecus adueniunt: aliae quae ex ipso corpore ortum habent.

72. Causae extrinsecae vulnerum & similibus morborum sunt omnia, quae vulnerare ac collidere apta sunt.

73. Causae interne eorundem morborum duae inueniun- tur. 1. Immodici ac sine ordine motus animalis. 2. Humo- rum vitia quae corrodendi vim habent, atq; horum genera- tionis modus antea propositus est.

74. Deniq; causae morborum solutionis continui omni- bus partibus corporis nostri, sunt communes, caeterae in- strumentariarum propriae.

Μόνω σοφῶ θεῶ δια ἰησῦ
Χριστῇ ἡ δόξα εἰς ἅσα αἰῶνας

AD IOHANNEM TELAMONIVM AMI-
cum ac conterraneum singularem &c.

Papetionides vafre quem dicitur ignem
De cœlis quondam furrifuiffe Ioui.
Pœonis ars ingens donum mortalibus ægris
Donatum à Domino coelitus ille fuit.
Hæc etenim monftrans præfentia pharmaca, pellit
(Sed faltem DOMINVS fi velit archiater)
Morborum omne genus, Pandora quod attulit orbi
Pyxidulæ remouens tegmina peftiferæ.
In cuius labris ima fub parte remanfit
Vnica fpes, eadem quæ Medicina fuit.
Nempe, tamen morbis aliquam fupereffe medendi
Spem, licet hi vexent peçtora mille modis.
Hanc Medicina fouet, certè fapientia magna,
Abdita Naturæ quæ ingeniofa notat.
Et certè Medicam poft Biblica fcripta faterer
Artem, vel primum penè tenere locum.
Quin etiam CHRISTVS medici fidelis in orbe
Terrarum verfans egit agitq; vicem.
Propterea nunquam non eft laudabile AMICE,
Sedulus huic & quod nocte dieq; vacas.
Doctus & in planam tandem descendis arenam,
Multa excepturus tela parata tibi
Intrepidus, fortis fis respondere paratus,
En vinces docti præfidis auxilio
Tandem & Apollo tibi, fi pergis, tempora lauro
Velabit, magnum nomen & inde feres.
Atq; regente manus medicas tibi cunctipotente.
Pœonij euades fida COLVMNA gregis.

Valentinus Mylius Iun.
αυτογεδιασι.

99 A 6903

(Nr. 24
nicht)

(Nr. ~~ausgegeben~~)

(25 Handschrift)

(9)

ULB Halle 3
002 636 220


VD 77

TA-OL




portat uelut. adu in uel
 uelut. fact in huiusmodi
 du aduabit adde inuoluti
 cogit. edebantur. factu
 Johanne. obi noui. fame uitum
 et. & uobane. quod dolo
 ad pond. uenit. un. dolo
 mutauit. causa. cathode. qui
 in publica. Johanne
 car. acula. te. di. uil. gat. pdu
 in. causa. te. arguunt. uindicare.
 et. cum. meate. te. et. dolo. te. p.
 uenit. Johanne. & alligant. po.
 dicant. te. uidente. te. Johanne. et. cum
 in. te. uenit. te. agere. te. in.
 ubi. huius. uita. nauare. te. in. uel.
 ubi. huius. ubi. homo. ubi. fact. ubi. lex.
 ubi. existimat. publicu. cogito.
 te. fact. ubi. forma. ubi. p. dolo.

erit affixi. rationem
 O per. ante. tentina

quia in. hominib. omne. uindicare.
 Panig. Josef. huius. et. in. te. uenit.





39.

INVITATIONVM
a Catholicarum XIII.
ODOGE
IS MORBORVM
SITIONE ET IN SO-
continui ex causis
eorum.

emia IVLIA *συνθεῖ* ha-
bitur 16. Maij.

Preside
ORSTIO ARTIVM
e Illustrissimorum Ducum Bruno-
Lunæburgensium medico ac
professore ibidem.

Respondente
AMONIO SAXIPONTANO.



I Typis Iacobj Lucij. An. 1590.

Vno Ioachimo Hantoni